The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Virtus ai
cum fonte primo

Ille bonus artifex est qui de omni materia facit optimum quod fieri possit.	[locus non inuentus]
Phideas statuarum artifex non tantum ex ebore statuas sciebat facere, sed meliora ex ere.	Non ex ebore tantum Phidias sciebat facere simulacra; faciebat ex aere.
Et si marmor illi adesset, similiter et de illo faceret; si uiliorem materiam obtulisses, ex illa fecisset quale optimum fieri posset. Sic inquit sapiens: Si licebit uirtutem in diuiciis explicabit, si minus in paupertate; quamcumque fortunam acceperit, aliquid memorabile ex illa efficiet.	Si marmor illi, si adhuc viliorem materiam obtulisses, fecisset quale ex illa fieri optimum posset. Sic sapiens virtutem, si licebit, in divitiis explicabit, si minus, in paupertate; si poterit, in patria, si minus, in exilio; si poterit, imperator, si minus, miles; si poterit, integer, si minus, debilis. Quamcumque fortunam acceperit, aliquid ex illa memorabile efficiet.
Seneca LXXXIX. epistola.	Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium epistulae morales*, 85, 40 (L. Reynolds ed., vol.1, p.297, ll.2-9).